



F.K.104.



Feliciter Pium

qvod

ILLUSTRI AC GENEROSISSIMO DOMINO
DOMINO

Gottlieb Friedrich
à Schönberg /

DOMINO in Sieberstein / Gochwitz /
& TREBIZ,

Potentissimi Regis Poloniarum & Electoris Sax. in Se-
natu intimiori Consiliario, inq; Judicio Appellationum Prästi
Excellentissimo, Reditum Provincialium hactenus,
& jam tum

Sanctioris Senatus Directori ac Prästi
eminentissimo

DOMINO meo GRATIOSISSIMO

cum

Purpuram eminentissimi officii ad mandatum Regiae
Majestatis in Proto - Synedrio

iudueret

Ecclesiis per Saxoniam Misniamque ecumenice
plaudentibus

Kenzelmannorum Trebicenstium

& suo nomine

Pridie Iduum Febr. M DCC IV.

obsequiosissime acclamare voluit, debuit
servus humillimus

M. Gottfried Kenzelmann/ Burckarts-
dorffensium Pastor.

Neo-Ostrz.

Stanno Schwenckiano.





ILLUSTRIS AC GENEROSIS- SIME DOMINE

DOMINE GRATIOSISSIME.

Nira me subiit dulcedo , & exsilui penitus, cum à Regia Majestate Tibi purpura Sanctoris Synedrii indutam esse, Teqve ad gubernaculum Ecclesiarum sedere vicinus qvidam literis VI. Iduum Februarii mihi nuntiasset. Eat felix, qvod propitio Numinе cœptum! Scilicet dignorem Regia Majestas TE, inter dignissimos qvoscunqve non comprehendit, qui (dandum hoc veritati) & vitæ sanctimonia, pietate infucata, Gratia animi & lenitate, multarum rerum experientia, qualitatibusq; Theologicum Confessum juvantibus maximè, coruscas. Non uni haec tenus humeros exposuisti gravissimo ponderi, & Regiæ Majestati & Collegiis qvamplurimis, qvin imo & toti Saxonico orbi proficuis. Omnes hinc, qvotqvot imperabas, amantissimè habiti, qvâ, nescio jucunditate TE velut deperibant; qui

qui à maximis pendebant Consiliis Tuis TE unum in
negotiis expediundis, TE solum sibi semper optabant
impensè, & qvod mirum videbatur omnibus, Tu unus
Tibi non sufficiebas, officioqve fungi nullo acerrimè
qvasi decertabas. Annuit tandem Serenissimus haut
facili inductus negotio: negant interim Ministri, deplo-
rant clientes, Provinciæ lamentantur, utq; Gratosissi-
mo suo Schönbergio perpetua duret Reditum Pro-
vincialium administratio, omnium, velut uno clamatur
ore. Enim verò stat sententia, revocat Illustrissimus
Director pedem, reliquum temporis viribus resumen-
dis, defatigatoq; corpori datus, probè in se sentiens
illud Comici: Sat harum molestiarum, curæ atq; solici-
tudinum, sat, inqvam, prata biberunt, claudite rivos;
Tot onera præponderosissima tulisse: tot incursum, im-
portunitatesq;, tot tantosq; rerum per totum Electora-
tus orbem inextricabilibus pñè nævis pessundatarum,
qvin & fortunæ insultus sustinuisse: innumeris queri-
tantium hinc inde voculis fatigatum esse: infinitaq; alia,
eaq; compunctissima, vel solâ Gratiâ, qvod fieri solet, in
se accersisse, nunc probantibus omnibus sufficiat. Ete-
nim verò longè aliter Illustrissime Domine, divinum,
qvod omnia moderatur Numen decrevit. In Ecclesiæ
& ad sancta vocaris Munia, Gubernator religiosus: Præ-
ses harum sapientissimus, Tutor Ministrorum Verbi
plus qvam bonus bonus: Director pietatis sinceris-
simus, sacriq; Gregis Induperator eminentissimus, ut,
qui omnino degustasti bona triumphantis, nullâ simula-
tione divinus, militantem ante consummatam illius fru-
itionem curares, penitusq; qvæ ejus sunt cognoscendo,
eidem prospiceres. Sereno post turbines cœlo nemo
non

Le 1910

non gaudet; Nulla piis potest mentibus gravior vel unquam accidisse serenitas, nisi quando Ecclesiis nostris à Numine præfectos nanciscimur curatores fidos; omnia perdamus licet, talo tantum Religio nostra stet firmo, nihil est perdidisse; hâc amissâ, nihil est cætera servasse. Etenim tunc servatur, cum à fidelibus DEi ad cynosuram verbi, & cum tutela Ministrorum, omnia, quibus Ecclesia ædificatur, curantur. Toti in Te post DEum confidimus, prospera quæque sperantes, imò optima. Gratulor merito Tibi de Tutela Ecclesiarum; Gratulor his & nobis omnibus de TE, æternum supplex & venerans Numen, ut præesse clementer concedat

quam feliciter, quamq; diutissime!



Pon ZE 2910
17K





F.K.104.



Feliciter Pium
qvod
ILLUSTRI AC GENEROSISSIMO DOMINO
DOMINO

Goffhelfff Friedrich
à Schönberg /

DOMINO in Sieberstein / Görlitz /
& TREBIZ,

is Poloniarum & Electoris Sax. in Se-
Consiliario, inq; Judicio Appellationum Präfidi-
ssimo, Redituum Provincialium hactenus,
& jam tum

Electoris Senatus Directori ac Präfidi
eminentissimo

NO meo GRATIOSISSIMO
cum

mentissimi officii ad mandatum Regiae
Majestatis in Proto - Synedrio
iudueret

er Saxoniam Misniamque oecumenice
plaudentibus

Kenzelmann Trebicinium
& suo nomine

Iduum Febr. M DCC IV.
obsequiosissime acclamare voluit, debuit
servus humillimus

fried Kenzelmann / Burckarts-
dorffensium Pastor.

Neo-Ostrz,
tanno Schwenckiano.



Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

8							
7							
6							
5							
4							
3							
2							
1							
Inches	1	2	3	4	5	6	7
Centimetres	2.5	5.1	7.6	10.2	12.7	15.2	17.8